




Misc. 6²²

cat. 1, 63.





Ad vitam Jesu Christi

- | | |
|---|------------------|
| 1) A. Pfeiffer praes. (resp. M. Bernhard
Indaeorum, seu Pharis., La | 19) S. |
| 2) Jo. Sylvii Egrani Apologia in quae
nuptiae Chaeophae et Sa
s prob. Aeternis. refertur
Petri Mosellani | 20) F.
21) F. |
| 3) J. G. Hager de anno nativitatis
4) (de anno nativitatis) | 22) C. |
| 5) J. F. Koeber de ostentio circa nat | |
| 6) P. M. Sagittarius (de Jesu nomine
Attenb. 1676. | 23) F. |
| 7) J. F. Koeber de infanticiidio Her | |
| 8) E. F. Wernsdorf de Christo latine | 24) F. |
| 9) Ch. Loeber de nomine salvatoris | 25) F. |
| 10) J. A. Danz praes. (resp. J. Vetter)
Aeternis indaeis. Jen | 27) 26) F. |
| 11) H. A. Schott de consilio quo Jesu
Viteb. 1810. inscriptum. | |
| 12) J. Hildebrand praes. (resp. F. Kue
Christi. Helmst. 1661. | 28) 27) F. |
| 13) J. F. Bucher praes. (resp. G. Geyses
nia. Viteb. 1720. | 29) 28) F. |
| 14) ——— (resp. J. D. Hensel) de
quibus phariseis et Christi p. c. | 30) 29) C. |
| 15) ——— (resp. G. E. Stolte) de
Indaeorum hostibus Chr | 31) 30) C. |
| 16) ——— (resp. J. T. Herold) de
diebus servatoris extitit | 32) 31) C. |
| 17) ——— (resp. C. G. Lochmae
Christi de discipulorum | F 25) S. |
| 18) ——— (resp. id.) ib. eod. p
hoste Gethsemane. | 26) S. |

Ad vitam Jesu Christi.

- 1) A. Pfeiffer praes. (resp. M. Bernhardt) de Trithaeresio
Iudaeorum, seu Pharis., Sadd. & Ess. Witteb. 1663.
- 2) Jo. Sylvii Egrani Apologia in qua divan. Ananiam
neposine Claeophae et Salomae evangelicis
& prob. testim. refellitur. 1578. cum epistola
Petri Mosellani
- 3) F. G. Hager de anno nativitat. Christi. Chemnicii 1743.
4) (de anno nativitat. Christi) Lps. 1774.
- 5) J. F. Koeber de ostentis circa nativitat. Christi. Gerae 1682.
- 6) P. M. Sagittarius (de Jesu nominis origine et efficacia)
Altenb. 1676.
- 7) J. F. Koeber de infanticidio Herodis. Gerae 1683.
- 8) E. F. Wernsdorff de Christo latine loquente. Viteemb. 1771.
- 9) Ch. Loeber de nomine salvatoris satis latino. Altenb. 1747.
- 10) F. A. Danz praes. (resp. F. Vetter) Baptismus prosely-
torum iudaicus. Gerae 1720.
- 11) H. A. Schott de consiliis quo Jesus miracula edidit. ¹⁶⁶¹
Viteb. 1810. ^{unverändert}
- 12) J. Hildebrand praes. (resp. F. Kuderling) de lachrynis
Christi. Helmest. 1661.
- 13) J. F. Bucher praes. (resp. G. Geysler) de unctione in Beth-
ania. Viteemb. 1720.
- 14) ——— (resp. J. D. Hensel) ib. eod. praeparatio ad a-
gnum paschale et Christi de proditiōe Iudae praedictio.
- 15) ——— (resp. G. E. Stolte) ib. eod. contra-
Iudae cum hostibus Christi.
- 16) ——— (resp. J. T. Herold) ib. eod. synedris quae
diebus servatoris extiterunt.
- 17) ——— (resp. C. G. Lochmann) ib. eod. praedictio
Christi de discipulorum scandalizatione.
- 18) ——— (resp. id.) ib. eod. praedictio Christi in
horto Gethsemane.

- 19) S. E. Kirokhanajev praes. (resp. G. F. Schromm) ex occasione locorum Tauri et Suidae Pontius Pilatus praes. Wittenb. 1679.
- 20) J. D. Ernesti de Pontio Pilati virtutibus politicis. Alsenb. 1680.
- 21) J. G. Schultze de vera causa quomobrem Christus locus ubi Christus in crucem fuit actus Golgotha fuerit appellatus. Numburgi 1732.
- 22) C. Sagittarius praes. (resp. P. Lange) de lancea qua perforatus latus Iesu Christi. Senae 1673.
- 23) J. F. Koeber de motu terrae et eclipsi solis circa passionem Christi, numquid de iis gentiliis scriptoribus innotuerit? Gerae 1683.
- 24) F. S. Freytag de magno Pane mortuo. Numburgi 1725.
- 25) F. de Christi eiusque martyrii veste palmata. Viteb. 1766.
- 27) ~~26)~~ A. G. L. Weichert (praes. H. A. Schott) de fide historica narrationis de Christo in coelos sublato huiusque eventus necessitate. Viteb. 1811.
- 28) ~~27)~~ J. F. Lange de vestigiis doctrinae de Christo resurrexerit in remotiori a nobis Asia rebus. sinis. Halae 1761.
- 29) ~~28)~~ J. F. Koeber numquid Sibyriae tradiderint de Christi resurrectione? Gerae 1680.
- 30) ~~29)~~ C. F. Quellius de exordibus Christo a Tiberio decretae. Fridericostadii 1762.
- 31) ~~30)~~ Ch. V. Bosius Ἐρπορεύξος Christi in fabulis Apollinis et Minervae frustra quaesitus Lps. 1744.
- 32) ~~31)~~ C. H. Zeibich de Minerva ad Christi imaginem efficta. Wittenb. 1755.
- F 25) Sr. Aug. Langguth, de Christi eiusque martyrii veste palmata Viteb. 1766.
- 26) Sr. Aug. Langguth, mors acerba Iesu in vitam reditu incunda Viteb. 1766

- P. Kroschmayer praes. (resp. G. F. Schroum) ex occa-
 sione locorum Tauri et Suidae Pontius
 Pilatus praes. Wittenb. 1679.
- D. Ernesti de Pontii Pilati virtutibus politicis.
 Altenb. 1680.
- G. Schultze de vera causa quomobrem Christus
 locus ubi Christus in crucem fuit actus
 Golgotha fuerit appellatus. Numburgi 1732.
- Sagittarius praes. (resp. P. Lange) de lancea qua
 perforatus latus Iesu Christi. Jenae 1673.
- F. Koeber de motu terrae et eclipsi solis circa
 passionem Christi, nunquid de iis genti-
 lium scriptoribus innoverit? Gerae 1683.
- S. Freytag de magno Pane mortuo. Numburgi 1725.
 de Christi eiusque martyrium veste
 palmata. Viteb. 1766.
- G. L. Weichert (praes. H. A. Schott) de fide historica
 narrationis de Christo in coelos sublato huius-
 que eventus necessitate. Viteb. 1811.
- J. Lange de vestigiis doctrinae de Christo resus-
 cito in remotiori a nobis Asia rebus.
 Halae 1761.
- F. Koeber nunquid Libya tradiderint de Christi
 resurrectione? Gerae 1680.
- h. F. Quellius de Evodiorum Christo a Tiberio decreta
 Fridericostadii 1762.
- h. V. Bosius Evodiorum Christi in fabulis Apollin-
 nis et Minervae frustra quaesitus Lps. 1744.
- H. Zeibich de Minerva ad Christi imaginem
 efficta. Viterub. 1755.
- e. Aug. Langguth, de Christi eiusque martyrium veste palmata Viteb. 1766.
- e. Aug. Langguth, mors acerba Iesu in vitam reditu incunda Viteb. 1766

33 32) F. E. Ch. Heine (praes. F. S. Semler) de Christi ad Abga-
rum epistola Halae 1759.


34 33) G. W. Wedel de loco Josephi de Christo. Jenae 1707.

35 34) Evangelisches Brevier d. i. d. i. Historie von Liden,
Harben, außersprechung in Himmelfahrt
Jesus Christi, welys Nicodemus, ein Rabbi
in. Oberster der Tiden, bestritten - und
sind vier pfors Ruck und gelische Dabey
sind funder welys die Evangelisten nicht be-
trachten solten. gedrukt und verlegt von
riens Liebfahrer Hofe, Anno 1676. s. 1.

[Faint, illegible handwritten text on aged paper]

17.





DISSERTATIONEM
DE
ANNO. NATIVITATIS. CHRISTI

PRÆMITTIT. SIMVL. QVE

V I R O S

SVMME. AC. PLVRIMVM. REVERENDOS
EXCELLENTISSIMOS. CONSVLTISSIMOS. EXPERIENTIS
SIMOS. PRÆCLARISSIMOS. QVE

PRÆCIPVE. VERO

INSPECTORES. SCHOLAE

OMNI. OBSERVANTIA. COLENDOS

VT

ACTVI. ORATORIO

PRO. EXIMIO. ERGA. MVSARVM. CVLTORES. FAVORE

PRIDIE. NON. APRILIS. A. R. S. clolocc xxxiii.

AVDITA. HORA. NONA. MATVTINA

INTERESSE. BENEVOLE. VELINT


EA. QVA. POTEST. ANIMI. PIETATE

I N V I T A T

M. IOANNES. GEORGIVS. HAGER

RECT. ET. BIBLIOTHECARIVS

CHEMNICII
LITTERIS. STOESSELIANIS.



Quum acutissimus quondam IOSEPHVS SCALIGER illud, quo ABRAHAMVS e terra Chaldaeorum exiisse & in Charan habitasse dicitur, tempus eruere haud potuerit, STEPHANIQUE verba (a) crucem omnibus fixam interpretibus vocaritis, imitemur, inquit, (b) modestiam vetustissimorum Iudaeorum, qui, ubi in vobum, vindice dignum, incidierint, hoc modo defunguntur: SOLVET ELIAS. Maiori, ni fallor, iure haec verba in tam varias, totque diuersas de anno, mense, atque die natiuitatis seruatoris nostri benignissimi sententias quadrare videntur. Hunc nodum SOLVAT ELIAS! Quilibet enim anni mensis gloriam nati seruatoris ambitiose sibi afferit auctoritate

(a) AA. VII, 4. collat. Gen. XII, 4. Haec quidem verba proflus sibi contrariari videntur, minime vero contrariantur, sed optime cohaerent, licet HIERONYMVS quaestionem in d. Solubilem indicauerit in Quaestionibus hebr. Tom. III. Opp. Francof. 1684. fol.

(b) in Animaduers. Euseb. p. 17. teste AEGIDIO STRAVCHIO in Breuiario Chronologico Lib. IV, c. 5. Quaest. 5. p. 455. Edit. Witteb. 1664. 12.

tate & testimoniis doctissimorum suffaltus virorum (c). Et sic neque dies natiuitatis in aprico est. Quod vero vni tantummodo mensi, vnique diei haec competat gloria, certissimum est. Cui vero? Hic aqua plerumque haeret. In praesenti in diem & mensē sedulo inquirere non placet, placet vero in ea, quae ad verum maxime accedere videtur, sententia acquiescere, quando nempe diei XXV. Decembris hic tribuitur honor. Paucissima enim de *anna natiuitatis CHRISTI* in medium adducere decreui. Hic certe labor, hic opus. Celeberrimus enim ION. ALBERTVS FABRICIVS (d) centum & quadraginta vnam recenset sententias de hoc anno, quo CHRISTVS sit natus. Prima, quam adduxit, sententia docet, CHRISTVM fuisse natum anno mundi 3616. & vltima A. M. 6484. Qualis eheu salus, & quanta, vt vides, differentia! Nonne prior a posteriore tantum distat sententia, quantum, vt in prouerbio est, caelum a terra? Hanc difficultatem sciunt omnes viri eruditi, solide vero eam vix explicabit vllus. Aliam interim, & a FABRICIO non adductam sed huc vsque fere incognitam sententiam, adeoque centesimam quadagesimam & secundam nunc addam (e), quae sola nititur sacrarum paginarum auctoritate. Duce igitur sanctissimo codice omnem annorum seriem in quasdam, vt vocant, periodos diuidere iuuabit:

PRIMA

(c) Adduxit haec testimoniis cel. IO. FRID. MAYER in Progr. publico, quo ostendit, quomodo quilibet anni mensis gloriam nati seruatoris ambitiose sibi asserat. Gryphswaldiae, 1701 4.

(d) In Bibliographia antiquaria Cap. VII. § 9. p. 187. seqq. Hamb. 1716. 4. Sic recenset auctores, qui docuerunt, CHRISTVM natum esse A. M. 3616. 3630. 3660. 3670. 3734. 3754. 3788. 3780. 3784. 3834. 3836. 3849. 3880. 3917. 3926. 3928. 3941. 3944. 3945. 3947. 3949. & sic porro vsque ad 6484. Tanta cura & diligentia nemo eruditorum has sententias collegit. Interim adhuc cont IO.

CHRISTOPH. WOLFFII Curas phil. Tom. I. p. 578. CHRISTOPH. HENR. SCHEFILIGII Bibliothecam Diss. in V & N. T. P. II. p. 148. Hamb. 1736. 4. quae bibliotheca omnibus purioris doctrinae cultoribus de meliori commendanda est.

(e) Debeo illam non adeo cognito ANDR. TOPPIO, Eccl. quondam in *Weniger T. nussled* Past. qui in fundamentis Chronologiae ex Scriptura sacra deductis, Erfurti 1647. in 8. editis eam proposuit, quam faciliori ratione a me traditam hic habes.

PRIMA PERIODVS, (complectitur 1656. annos.)

A mundo condito vsque ad finem magnae illius inundationis, quam alii C. PLINII (f) & POMPON. MELAE (g) auctoritate diluuium appellant, ducitur & 1656. annos complectitur, quem numerum ita eruimus:

ADAM	anno aetatis 130.	genuit SETH	Gen. V, 3.
SETH	105.	ENOS	6.
ENOS	90.	KENAN	9.
KENAN	70.	MAHALALEEL	12.
MAHALALEEL	65.	IARED	15.
IARED	162.	HENOCH	18.
HENOCH	65.	MATHVSALA	21.
MATHVSALA	187.	LAMECH	25.
LAMECH	182.	NOACH	28.
Anno aetatis NOACHI	600.	diluuium erat	Gen. VII, 6. (h)

1656.

SECUNDA PERIODVS, (427. annos.)

A fine diluuii vsque ad euocationem ABRAHAM I & iter illius in Aegyptum 427. numerantur anni: (Gen. XI, 10.

SEM	post diluuium anno 2.	genuit ARPHACHSAD	
ARPHACHSAD	anno aetatis 35.	SALA	12.
SALAH	30.	EBER	14.
EBER	34.	PELEG	16.
PELEG	30.	REGV	18.
REGV	32.	SERVG	20.
SERVG	30.	NAHOR	22.
NAHOR	29.	THARA	24.
THARA	mortuo an. aetatis 205.	euocatus est ABRAHAM &	

427 profectus in Aegyptum (Gen. XI, 32. XII, 1. 10. (i)

TERTIA

(f) Lib VIII, Epist. 17, p. 439. Edit. CHRISTOPH. CELLARII, Lips. 1700. 12.
 (g) de situ orbis Lib I, c. II. p. 19. Edit. HENR. ADAM. MEISNERI, Curiae 1738. 8.
 (h) Hanc tabellam etiam ap. FABRICIVM I. c. p. 200. habes, sed alio proposito modo.
 (i) Et hanc apud FABRICIVM inuenies: Et huc vsque omnia bene se habent, quae vero sequuntur maioris sunt difficultatis.

TERTIA PERIODVS (430. annos.)

Incipiens ab euocatione & demigratione ABRAHAM in Aegyptum vsque ad educationem Israelitarum ex Aegypto & solemnem decalogi promulgationem ducitur, & 430 annos complectitur. Israelitas in Aegypto 430. annos commoratos esse clarissimis verbis declarat MOSES *Exod. XII, 40. Spatium autem, quo Israelitae in Aegypto commorati sunt, fuit annorum quadringentorum triginta.* Initium vero huius demigrationis non ab itinere filiorum IACOBI, sed ab ipsius ABRAHAM reperendum est, id quod PAVLLVS inuenit, quando Gal. III, 17. scribit: *ὁ μετὰ ἑτη περακόσια καὶ τριάκοντα γεγονώς ἔτος. Lex post annos quadringentos & triginta (post promissionem scilicet ABRAHAMO factam Gen. XII, 10. - XV, 13. A&F. VII. 6.) promulgata est.* Egregie hoc confirmat FLAVIUS IOSEPHVS: *Κατέλιπον, λέγει, δὲ τὴν Αἴγυπτον, μηνὶ Ξανθικῷ, πέμπτῃ καὶ δεκάτῃ κατὰ σελήνην. κατὰ ἑτη τριάκοντα καὶ τετρακόσια ἢ τὸν πρόγονο ἡμῶν Ἀβραμὸν εἰς τὴν Χανααναίαν ἐλθεῖν. τῆς δὲ ἰακώβου μεταναστάσεως εἰς τὴν Αἴγυπτον γενεμένους διακοσίους πρὸς τοῖς δεκάπεντε ἑνιαυτοῖς ὄστρον.* Reliquerunt autem, inquit, Aegyptum mense Xanthico, luna quinta decima, anno quadringentesimo tricesimo, postquam ABRAHAM pater noster in Chananaeam venit, & post IACOBI migrationem in Aegyptum anno ducentesimo decimo quinto.

QUARTA PERIODVS (479. annos.)

Ab educatione Israelitarum ex Aegypto vsque ad aedificationem templi SALOMONIS, duce sacro codice, 1. Reg. VI, 1. numerat annos 479. Ibidem ita legis: *anno ab exitu Israelitarum ex Aegypto quadringentesimo octogesimo, mense Zif, qui secundus est, anno regni SALOMONIS quarto, coepit rex SALOMO templum aedificare.* Quadringenti ergo & septuaginta nouem anni completi erant. Octogesimus, quia duo tantum menses praeterlapsi erant, in annorum templi numero rectius, ni fallor, computatur.

QVINTA PERIODVS (427. annos.)

A condito templo vsque ad illius destructionem 427. anni praeterierunt. Id quod ita probari potest: Incunte anno regni sui

(*) In Antiquitat. iudaicis Lib. II, c. 6. p. 65. Edit. Colon. 1699. fol.

SALOMON incoepit aedificare templum *1. Reg. VI, 1.* quadraginta vero annos regnavit *1. Reg. XI, 42.* Regnavit SALOMO Hierosolymis in uniuersos Israelitas per annos quadraginta. Detrahe nunc illos tres regni annos, antequam fundamenta templi iecerat, remanebunt *septem & triginta* anni. His adde adhuc 390. annos, quibus successorum SALOMONIS malitiam DEI clementia tulit, & habebis 427. annos. Quod vero 390. annis pertulerit Deus, in ipsa illius verba *Ezech. IV, 5.* Ego tibi do eorum annos ad numerum dierum trecentorum nonaginta, quibus tu israelitici generis culpam feras. Comma 6. annos 40. adhuc refert, *dicis*, ubi hi sunt? Comprehenduntur sub uniuerso numero, & vltima tantummodo tempora impii regis IOSIAE indicantur.

SEXTA PERIODVS (70. annos.)

Eos, quos nimirum in captiuitate babilonica a deuastatione uniuersali Hierosolymorum compleuerunt Iudaei, indicat annos. Fuerunt anni 70. teste *Jerem. XXV, 11. - XXIX, 10.* 2. *Chron. XXXVI, 20.* *Dan. IX, 2.* *Zach. 1, 12.* - VII, 5.

SEPTIMA PERIODVS, (486½ annos.)

Capit initium a captiuitatis babilonicae fine & ad seruatoris nostri dulcissimi mortem vsque decurrit 486½ annos complectens. Fundamentum huius periodi quaerere debemus in difficillimo loco *Dan. IX, 24* seqq. Acutissimi quidem interpretes hic exclamare tunc coacti: quantum est, quod nescimus! Interim tamen vires tentarunt suas (1), & eorum nonnulli nugas, nonnulli pias quidem, sed non satis doctas explicationes suppeditarunt. Eorum vero, qui rem acu tetigisse videntur, interpretationes ob angustiam chartae in compendium redigere iuuabit. Occurrunt ibidem *septuaginta* illae *hebdomades*. Ante omnia *terminus* a quo notari meretur. Hic ab ipso DANIELE proponitur v. 2. & ab Angelo confirmatur v. 25. Quia scilicet DANIEL ex ESAIAE & IEREMIAE vaticiniis didicit, finem nunc annorum septuaginta captiuitatis adesse,

(1) Numerum haud leuem interpretum hic recensere, qui in his verbis explicandis nunc bene, nunc male desudarunt. Superuacaneum duco, quia *Augusti* pfefferi dubia vexata, *Dresdae* 1713. 4. & *Scherelgii* Bibliotheca disp. supra laudata in omnium fere manibus vel sunt, vel esse debent.

esse, ad DEVM O. M. se conuertit, precibusque demissis illum fatigauit, vt ea, quae promiserat, seruaret. Quum igitur haec a summo numine rogaret, a v. 3. - 20. en Angelus Domini GABRIEL, apparuit illumque certiore fecit, v. 21. Deum exaudiuisse illius preces. Hinc merito initium harum hebdomadam statim finito anno septuagesimo captiuitatis ponitur, adeoque recte, vt confido, huius periodi initium a mandato CYR 1. 2. Chron. XXXVI, 22. constituitur. Nunc vero vt terminum ad quem paulo curatius inquiramus, necesse est. Spatium igitur vnus hebdomadis considerandum venit, quo facto terminus ad quem facile erui potest. Hebdomas quidem alias septem in se complectitur dies, hoc vero in loco non possunt intelligi hebdomades dierum, quia id non fert rerum gerendarum magnitudo & multitudo. Etenim ea, pergit KOENIGVS (m), in se collectae annum duntaxat vnum solarem & quatuor menses cum aliquot diebus efficerent: intra hoc autem tam breue spatium neque Hierosolyma rursus aedificari, neque quicquam eorum euenire potuisset, quae ab Angelo euentura praedicebantur. Ducu potius oraculorum diuinorum pronuntio, quamlibet harum hebdomadam septennium, siue quod idem est, quemlibet hebdomadis diem denotare annum. Hic modus loquendi scriptoribus diuinis frequens est. Sic Leuit. XXV. 8. Numerabis septem hebdomadas annorum, septem annos septem visibus: & erant dies septem hebdomadarum annorum nouem & quadraginta annorum Num. XIV, 34. Ezech. IV, 5. His positis, quod nempe hebdomadis dies annum indicet, numerus annorum septuaginta hebdomadam erit 490. Quum vero angelus asseruerit v. 25. 25. ab edito mandato de reditu & de instauranda Hierosolyma vsque ad Messiam principem. fore hebdomadas septem & sexaginta duas, quibus redibitur & tunc ruinaeque instaurabuntur, idque in difficultate temporum. Post duas autem & sexaginta hebdomadas (aduoque in septuagesima) perimetur Messias. & in media hebdomade (scilicet septuagesima) sacrificium cessabit. Hinc non anno 490. sed 486½ CHRISTVS morti tradendus & cruci affigendus erat. Omnes periodos si addideris, scilicet:

- Periodum 1. a mundo condito vsque ad finem diluuij erant anni 1656.
 2. a fine diluuij vsque ad euocationem Abrahami 427.
 3. ab euocatione Abraham vsque ad exitum Israel, ex Aeg 430.
 4. ab exitu ex Aegypto vsque ad aedificat. templi 479.
 5. a iactis fundamentis templi vsq; ad deustationem 427.
 6. captiuitas babilonica 70.
 7. a reditu ex captiuitate vsque ad mortem Christi 486½.

habebis annos

3975½
 Anno

(m) In vindicijs sacris Aldorf, 1650. 4 p. 627.

Anno ergo mundi 3976. cuius tunc fertator mundi mortuus est. Nunc annos vitae fertu-
toris iterum subtrahere & tunc inuenies annum natiuitatis illius. Christus huius in tertis vi-
xit 33. annos. id quod sic proba: Anno tricelimo Christus a IOANNE lauacro sacro ab-
lutus est. Luc. III, 21. 23. quo etiam anno primum celebrauit pascha Ioan. II, 23. anno
tricelimo primo secundum Luc. VI, 1. anno tricelimo secundo tertium Ioan. VI, 4. &
tricelimo tertio pridie paschatos quarti die pascatenes cruci affixus est. Hos 33 aetatis
annos detrahe a

3976.

33.

Anno mundi ergo 3943. Christus est natus. 3943.
Et haec de anno natiuitatis Christi praefari placuit. Nunc ad id, cuius causa
calamum arripui, me conuerto. Iuuenes nimirum quidam, ob suauiatatem morum
& diligentiam maxime commendabiles, producendi sunt, quid humeri valeant in arte
dicendi periclitaturi Ordine scholastico neglecto ita prodibunt

I. CAROLVS CHRISTOPHORVS MEVRERVS, Chemn.

Orationem latinam de censuris morum apud Romanos habebit.

II. ANDREAS IRMISCHERVS, Garnd.

De Astrologia iudicialia contemnenda graece dicet.

III. DAVID GOTTLIEB FRANCKIUS, Chemn.

Carmine latino heroico ager de blanda patrum seges faciente indulgentia natus.

IV. TRAVGOTT PLAENCKNERVS, Chemn.

Inquiret in quaestionem: *Si patris mors, aut matris liberis sit periculosa?*
Germanice. Et hi omnes primum.

V. IOANNES CHRISTIANVS HEYNIUS, Chemn.

in gremio nostro nunc cum laude dimittendus. Patrem nostrum optimaе spei filius
agnoscit Christophorum Heynum, honestum apud nos ciuem. Ab ineunte statim
aetate scholae nostrae quatuordecim per annos sedulo interfuit, & ita interfuit, ut nobis
& sibi met ipsi satisficeret. In lingua enim hebraea, graeca, latina & gallica excolen-
da defatigatus est nunquam. Varia etiam diligentiae & doctrinae edidit specimina.
Sub moderamine viri praecel. On. M. BEILII, Conrect. meritissimi, de sanctitate lucu-
rum apud Seruum Deum ignorantes orat. lat. egit. Deinde me rectore laudes carum,
qui beneficiis bibliothecis promeruerunt, carmine heroico cecinit; THIELIVM di-
mittens de canis cygnorum orat. lat. dixit. Nunc tandem oratione latina de virtosa
imitatione praemissa carmine germanico vltimum dicit vale. His peractis Liphiam
se conferet puriorem doctrinam pertractandi causa. Suae, quibus praeterea orna-
tur, mores ipsi patronorum fauorem certissime conciliabunt. Id quod ex animo precor!

VI. IOANNES CHRISTIANVS FVCHSIUS, Wiederau.

Laudem musices carmine germanico decantabit. Quo facto commiitoni suo & coe-
tus nomine felices rerum successus precabitur.

Vos, Patroni optimi atque Fautores, ut grauissimis, quibus occupati estis, negotiis
vel horam subtrahere, actumque nostrum VESTRA per quam honorifica praesentia
illustriorem reddere beneuole velitis, omni pietatis cultu rogo atque obtestor.

Scribendam Chemnicid. IV. Non. April. A. S. cldo cc xxxiii.

Th: 780

ULB Halle

3

002 500 698



Sb.

KOM

D

n. C.







3.

DISSERTATIONEM
DE
ANNO. NATIVITATIS. CHRISTI

PRAEMITTIT. SIMVL. QVE

V I R O S

SVMME. AC. PLVRIMVM. REVERENDOS
EXCELLENTISSIMOS. CONSVLTISSIMOS. EXPERIENTIS
SIMOS. PRAECLARISSIMOS. QVE

PRAEIPVE, VERO

INSPECTORES. SCHOLAE

OMNI. OBSERVANTIA. COLENDOS

VT

ACTVL. ORATORIO

PRO. EXIMIO. ERGA. MVSARVM. CVLTORES. FAVORE

PRIDIE, NON. APRILIS. A. R. S. cl. l. cc xxxiii.

AVDITA. HORA. NONA. MATVINA

INTERESSE. BENEVOLE. VELINT

EA. QVA. POTEST. ANIMI. PIETATE

I N V I T A T

M. IOANNES. GEORGIVS. HAGER

RECT. ET. BIBLIOTHECARIVS

CHEMNICII
LITTERIS. STOESELLIANIS.